ad judicium provinciale amodo citare non debeant nec sinant per quempiam evocari, sed quoslibet eos impetentes ad judicem hereditarium dicte civitatis nostre Lobavie dirigant pro consecucione justicie et remittant. Si quis vero ausu temerario huic mandato nostro contraire presumserit, indignacionem regiam et grave rerum suarum dispendium se noverit incursurum harum, quibus nostrum majus sigillum appendendum duximus, testimonio litterarum. Datum Prage dominica proxima ante festum nativitatis Christi anno nativitatis ejusdem millesimo tricentesimo quadragesimo primo.

16.

Kaiser Karl IV. bestätigt der Stadt Löbau alle ihre Privilegien. **Prag, 1347 Sept. 24.**

Hdschr.: Or. Perg. Stadtarchiv Löbau No. 6. S. an Pergamentstreif.
Anm.: Die oben S. 223 Anm.) erwähnte deutsche Uebersetzung dieser Urkunde trägt das Datum des 25. August (an dem nesten tage noch sente Bartholomaeus tage).

Karolus dei gracia Romanorum rex semper augustus et Boemie rex notum facimus universis, quod nos, atten‖dentes multa probitatis merita fidelium nostrorum civium in Lubavia, quibus se nostre celsitudini prompta ‖ devocione placidos continue prebuerunt et in antea facient continuato fidelitatis obsequio mage gratos, ‖ ad eorundem supplicacionis instanciam, que cum sit consona racioni juste meretur admitti, eisdem civibus necnon universitati civitatis ejusdem omnes literas, privilegia, jura, consuetudines, gracias et statuta, optentas seu optenta a felicis memorie antiquis principibus, predecessoribus nostris, et eciam a celebris recordacionis illustri Johanne quondam rege Boemie, genitore nostro dilecto, de verbo ad verbum, prout scripte vel edite sunt, in omnibus suis tenoribus, dummodo racionabilis sint et justi, approbamus, confirmamus et ratificamus, volentes ut a nunc in antea sint omnimode et plenarie firmitatis, juribus nostris et aliorum in aliis semper salvis, inhibentes universis capitaneis, . . camerariis, . . subcamerariis, judicibus, . . zudariis, officialibus et viceofficialibus, qui sunt aut qui pro tempore fuerint, fidelibus nostris, quatenus eosdem cives et universitatem ipsorum adversus presentis nostre confirmacionis et ratihabicionis seriem non conturbent neque sinant ab aliquo molestari, quin ymo studeant sub optentu nostre gracie favorabiliter promovere. Datum Prage anno domini millesimo ccc° quadragesimo septimo, indiccione prima, VIII° kalendas octobris, regnorum nostrorum anno secundo.

17.

Der Adel des Löbauer Weichbilds bittet den König (Karl IV.), sich auch fernerhin wegen Geldschuld vor dem Gerichte in Löbau, nicht in Bautzen, verantworten zu dürfen. **1348 Febr. 27.**

Hdschr.: Or. Perg. Stadtarchiv Löbau No. 7.
Gedr.: Tzschoppe und Stenzel, Urkunden-Sammlung 559. Preusker, Blicke in die vaterländische Vorzeit 2,68.
Anm.: Von den ursprünglich sechs mittels Pergamentstreifen angehängten Siegeln sind nur noch vorhanden das des Hans von Belwitz (Schild durch eine Spitze gespalten) und das des Hermann von dem Spital (Dorf Spittel NW. von Kittlitz), welches jetzt an zweiter Stelle neubefestigt ist. Letzteres hat, wie es scheint, die Umschrift: S. Hermanni de Hospitali; *das Wappen erweist den Inhaber als der Familie von Gersdorff angehörig. Vergl. Knothe, Gesch. des Oberlaus. Adels 201.*